Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Emptio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

datæ pro filijs, tranſeunt etiam in naturales

*Monaſterium } vide *Syl.c.num.29.*

5 Renuncians hæreditatem, non cenſetur renunciare emphyteuſim.

*Lege *Syl. ibidem nu.26.*

Addit. } Prædium Eccleſiæ dari non poteſt in perpetuam emphyteuſim *c.nulli de reb.eccl.non alien. Nau.de ſpol.cler.§.4.nu.1.*

Emptio, vide Contractus, Debitum, Venditio.

1 LIcitè emis rem communi pretio, etiam ſi ſcias latere in ea aliquid valde pretioſum, vt in faſce herbarũ, aut agro, aut domo.

*De emptione, & venditione copioſè *Mol.d. diſput. 335. vſque ad 381. Lopez lib.1.*

**Sot.l.6.q.3.art.2. Mol 353.num.12. & 13. Pro Nau.l.3.c.2.num.61. & ex Mercat.* quod tamen omninò non probat.

2 Si quid minoris iuſto pretio emptum eſt, ſolum reſtituẽdum quod defuit iuſto pretio, non autem res ipſa, vel eius fructus.

*Vide *Mol.d.350. Syl.verſ. Emptio num.9.* ſi emas infra dimidium, teneris reddere res, & fructus *Cou.l.2.var.c.2.* ſed de fructibus negat Gomez, quem videtur ſequi *Mol.d.349.n.10.*

3 Qui rem vendit ſciens, & volens pretio viliſſimo, donare præſumitur, quod deeſt iuſto pretio. *Nau.c.23.nu.85.*

**Mol.d.351.*

4 Qu

4 Quæ communiter niſi anticipata ſolutione vendi non poſſunt, aut non ſolent, licitè vilius emuntur, quàm valeant cum dantur: illud enim quod pro talibus dari ſolet, iuſtũ pretium reputatur. Licitè etiam vilius emit, qui emit in gratiam venditoris, aut merces expoſitas à coacto aliqua neceſſitate.

*De lanarum venditione pretio anticipato *Sot.l.6.q.4.art.5.fine, Cordu.caſ.85. P.N.l.3 c.2. ànu.133. Lopez p.2.c.55. Garzias de contract. c.24. nu.16. Mol.d.*359.350. {Illud enim} vide *Lopez l.c.c.54. & l.1.de cont.c.35.* vbi recantare videtur, putans tale pretium ad creditam pecuniam iniquum eſſe {Licitè etiam} *Mol.d.*351.*num.1. ex Sot.*

5 Caram venditionem tibi factam potes ante ſolutionem in alium transferre, volentem illud damnum pati.

6 Prohibetur Iure tutor emere rem pupilli.

L.ſi in emptione §.vlt.ff. de contr. empt. vide *Mol.d.224.col.4.*

7 Non ſolet emi Chriſtianus bello captus, ſed redimi.

**Couar.Reg.Peccatum.p.2.§.11.n.6. imò ſecundum Arch.apud Syl.verſ.Emptio.q.4.* non poſſunt redigi in ſeruitutem, aut vendi in ſeruos.

8 Qui ab Eccleſia, aut minore emit ſine ſolẽnitate Iuris, ſed pretio iuſto, licitè poſſidet.

*Minori autem, & Eccleſiæ defraudatę etiã non vltra, neque infra dimidium iuſti conceditur

ditur reſtitutio in integrum. *Mol.d.* 150 *in fine.*

9 Res duobus vendita, eſt ſecundi, ſi ei traditur, niſi prior emptor eſſet Eccleſia, vel ciuitas; tenetur tamen venditor priori emptori de intereſſe.

**Syl.l.c.nu.*23.

10 Non licet emere quod probabiliter putas eſſe alienum. Quod ſi poſtea vendis, teneris rei Domino pretium dare.

*Emere autem animo reſtituendi vero Domino, ſi alienam rem eſſe repereris, licet. *Couar.l.c.p.*3.*principio nu.*4.

11 Quod ſi bona fide alienum & emiſti, & vendidiſti, non teneris ei, aut emptori, niſi in quantum factus es locupletior. Quidam tamen dicunt, emptorem debere ſeruari indemnem: alij æquum eſſe vt tu, & emptor ſinguli domino dimidium pretij ſoluatis.

**Tol.l.*5.*c.*17.*nu.*8. *Couar. l.c.nu.*4.5.*Nauar.c.*17.*nu.*8.

12 Non tollit autem dubium ſuperueniens antecedentem bonam in emendo fidem.

*Vide *Mol.d.*63.*&* *Salon in* 2.2.*q.*5. *ar.*7.De Dominio, vbi multa de præſcriptione, & bona fide.

13 Emens à fure, poteſt ei rem, ne pretium amittat, reſtituere, etſi id quidam negant. Quòd ſi emit vt reſtitueret Domino, teneturis ei pretium, quo emit reſtituere.

*Poteſt} *Alenſ.*4.*p.q.*86.*ar.*5. *Ang.Syl.Reſtit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio.3.q.6. Nau.l.c.num.9.Gab.4.d.15.Tol.l.7.c.17.{Negant.}*Io.Med.q.10. de reſt. Couar.l.c.nu.5.* niſi probabile ſit, domino à fure reſtituendam eſſe.{Quod ſi} *Syl.l.c.nu.7.*

Qui ſic emit, poteſt in vtroque foro pretium petere. *Couar.l.c.in fine.*

14 Licitum eſt pactum in emptione, vt in retrouenditione plus detur pretij, ſi res plus valeat; itemque vt non redimatur ante aut poſt certum tempus: quod autem poſſit redimi vtrocunque volente, etſi quidam affirmant, ego tale pactum non auſim approbare.

15 Emptum ex eccleſiæ pecunia ab adminiſtrante eccleſiæ acquiritur.

16 Cum dubium eſt quantum valiturum eſt tempore traditionis, quod emitur anticipata ſolutione, poteſt dari pretium medium inter duo extrema dubia.

*Vide *Sot.l.6.q.4.art.concl.1.*

Addit.} Emere aliquid, vt temporis ſola mutatione carius vendatur, illicitum eſt. *D.Tho. 2.2.q.77.*

Hoc facere ex auaritia, vt, cum publica iactura, rerum pretia augeantur, pecc. m. eſt. *Syl.l.c.nu.12.*

Emptor tenetur ignarum venditorem admonere de maiori pretio rei; & ſi res grauis ſit, ſub m. p. *Mol. d.353. nu. 21. at P.N. l.c.n.59.* putat ſufficere, ſi pretium ab emptore augeatur.

Epiſcopum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN